Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sit: Ex quo id efficatur quod ego mag
no quodam cum assensu omnium dixi
miseram esse senectutem que se oratione de
fendere& Non cani non ruge repente auto
ritatem arripere possunt · sed honeste acta
superior etas fructus capit autoritatis ex
tremos. Hec enim ipsa sunt honorabilia
que uidentur lenia atq; comunia salu
tari appeti decedi assurgi deduci redu
ci consuli · que & apud nos & in alijs ci
uitatibus · ut queq; bene morate sunt
ita optime & diligentissime obseruant
Lisandrum Lacedemonium cuius men
tionem feci aiunt dicere solitum Lace
demonie esse honestissimum domicilium senectutis · nusq̃ enim tantum tribuitur etati · nusq̃ & senectus honoratior · Quin etiam memorie traditum est · cum Athenis in ludos quidam in theatrum grandis natu uenisset & magno consessu locum ei nusq̃ datum a suis ciuibus · cum autem ad Lacedemonios